

steterat ibi cum domino papa Lucio, et ecce nuncius venit, qui diceret, quod Hyerusalem capta esset a Sarracenis ¹⁸⁾).

Alexandro autem papa defuncto ¹⁹⁾, cum omnia sub Sicilię rege ^{a)} Guiglermo secundo ²⁰⁾ summa pace agerentur, tertio die post resurrectionis dominice festum, in quo sibi veteris et novi testamenti fuerat concordia revelata ²¹⁾, vocavit seorsum venerabilem virum Peregrinum monacum suum et germanum illius Bonatium eque sanctum et Iacobum fratrem prioris hodieque iudicem probum ²²⁾ et eis sub tribulatione vicina suum hiis paucis verbis aperuit intellectum: „Vel hoc“ inquit „anno incipit tribulatio nec ultra ^{b)} sequentem initia differuntur ab eo, qui iuxta testimonia prophetarum super filios hominum diem sui furoris adducit, vel ego intelligentiam hanc et significationem fugiendi a facie arcus ²³⁾ a Domino non accepi“. His dictis et sub secreto misterio testium trium fidei commendatis, secessit ^{c)}).

Erat diebus illis in regione potens quidam vir ²⁴⁾, virtute dives et fortis, sed nullius lepre ^{d)} percussus ^{e)} ictu ^{f)}, utpote cui nec superba humilitas, nec ^{g)} palatine conversationis admissio ^{h)} in mi<ni>sterio regis, nec pompa cinguli militaris ab imperatore Constantinopolitano sibi pro imitanda ⁱ⁾ regia tunc ad ipsum legatione collati, nec potentatus et dignitas temporalis, nec domesticorum et maxime fratris episcopi quasi pro spe prolis diversa et diuturna tentatio virginitatem carnis ademit ^{k)}; et hic erat dominus Oliveti, in cuius ville montibus locus est, qui dicitur Petra Lata, quam Ioachim Petram Olei nominavit; et in eo sibi quietis portum et angulum secessionis elegit. Hoc Curagenses monachi, sive quia tanti patris non poterant desiderata necessariaque carere presentia, sive

a) regie Hs., B. b) uultra ne (nec B) uultra Hs., B. c) accessit Hs., B; secessit L. d) lebre Hs., B. e) percussu B. f) hictu Hs., B. g) ne Hs. h) ammitio Hs. i) so Hs., B; incitanda? k) adhemit Hs., B.

¹⁸⁾ Jerusalem fiel erst im Oktober 1187 in Saladins Hand, doch s. o. S. 492.

¹⁹⁾ Alexander III. starb am 30. Aug. 1181; vermutlich ist hier aber Lucius III. gemeint, † 25. Nov. 1185.

²⁰⁾ Wilhelm II. „der Gute“, 1166—1189.

²¹⁾ Über eine revelatio de plenitudine libri huius (Apocalipsis) et tota veteris ac novi testamenti concordia an einem Ostertag spricht Joachim selbst in der „Expositio in Apocalipsim“ (Venedig 1527 fol. 39^{b c}), auch im Traktat „De vita et regula s. Benedicti“ ed. C. Baraut, Anal. s. Tarrac. 24 (1951) 51.

²²⁾ S. o. S. 464 f.

²³⁾ Ps. 59, 6.

²⁴⁾ S. o. S. 494 ff. auch zum Folgenden; statt dessen L nur: Paucis itaque secum assumptis fratribus secessit in locum Petra Lata nuncupatum cuiusdam nobilissimi viri nomine Dominici Oliveti, Constantinopolitani Imperatoris amicissimi, cui non deerat cingulus militaris nec eius fratri episcopalis mitra.